Salvus Conductus Fratri Jonarcho Abrahamowicz Ordinis nostri Professo ab Excelentissimo in Polonia Nuntio datq in hunc tenorem =

Ferdinandus Maria Saluzzo Patritius Neapolitanus ex Ducibus Coriliani, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Carthaginensis SSmi Dni nostri Pij Divina providentia Papae VI. Prelatus domesticus et Pontificio Solio Assistens Ejusdemq et Sanctae Sedis Apostolicae in Regno Poloniae et magno Ducatu Litvaniae cum facultatibus Legati de Latere Nuntius.

Universis et singulis presentes inspecturis et lecturis salutem in Dno sempiternam. Cum Rlsus Frater Jonarchus Abrahamowicz Ord. S^ti B^lii Magni Provinciae Litvanae professus clericus, pertesus austeritate Religiosa, e Conventu et Monasterio Berezvecensi, in quo sub custodia protentato, ut asseruit, sine licentia Superioris ad consanguineos accessu, manebat, clanculo se subduxerit, et ad Nos recursum personalem habuerit, atq providen sibi ad Claustra Religionis sponte redeunti de Literis Salvi Conductus ex benignitate Apostolica supplicaverit; Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, easdem literas dandas et concedendas esse duximus, uti damus et concedimus, Inhibentes authoritate qua fungimur, omnibus Superioribus ac Inferioribus Patribus ac Fratribus Ordinis prefati S. Basilij M. Provinciae Lithvanae, ne predictum Rlsum Jonarchum quovis sub pretextu, colore, et ingenio, aperte vel oculte, per se, vel per alias submissas ac subordinatas personas pro clandestino exitu, et ad Nos facto recursu molestare, inquietare, eique vim et violentiam aliquam inferre audeant et presumant, seu audeat quilibet et presumat idque sub poenis privationis vocis activae et passivae, et aliorum Officiorum quae ad presens obtinent, inhabilitatisque ad alia in futurum obtinenda, aliisque arbitrarijs.

Qui

Cuinimo Eundem Reverendo Patri Superiori Monasterij Brestensis Litt. commendamus, ut eum paternis ulnis recipiat atque charitative tractet, ac ab aliis tractari faciat. Volumus autem, ut Idem Religiosus Frater Hypnarchus receptis praesentibus rectâ se ad Conventum et Monasterium Brestense sui Ordinis conferat, ibique constitutus sub obedientia Superioris Localis usque ad aliam Admodum Reverendi Patris Provincialis dispositionem maneat, et Religiosam vitam agat. In quorum fidem ettc. Datum Varsaviae Die 16. Mensis Septembris Anno Dni 1789no.

Ferdinandus Archieppus
Carthaginensis Nuncius
Apostolicus. L.S.

Josephus Czerwski Vicecancelarius

Extractum ex Consultatione Generali 1789. Diebus Septembris habita.

Cum immatura morte V.A.R.P. Innocentij Milanowski Provinciae Lithvanae Proto-Consultoris Superioris Bythenensis idem Monasterium Moderatore orbatum sit, Religiosissimus Pater Provincialis Lithvaniae pro determinando praedicti Monasterii Superiore ad Reverendissimum Proto-Archimandritam Ejusque Consultorium recurrit. Et Reverendissimus Proto-Archimandrita, re cum suo Consultorio communicata, attentoque 1mo quod memoratum Monasterium intra vicinia Consultorum Provinciae Lithvanae situm sit: 2do quod V.A.R.P. Theodosius Goyzewski optime de Provincia sua meritus, ex Secretario Provinciae in Ejusdem Consultorem nuper electus, mancum, occasione praerecensitae V.A.R.P. Innocentii Milanowski mortis, Provinciae suae Consultorium compleverit suffecto in Secretarii Provinciae munus V.A.R.P. Mercurio Rymatzewski, qui alios in Provincia sua laudabilissime emensus labores sexenio in Collegio Pontificio Vilnensi S. Theologiae SS. Canonum vigilem Professorem egit, Eundem V.A.R.P. Theodosium Goyzewski Provinciae Consultorem vacantis Monasterij Bythe-

nensi